Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



98
90

et domino et benedicite nomini eius: annun
ciate de die in diem salutare eius Annun
ciate inter gentes gloriam eius: in omni
bus populis mirabilia eius Quoniam magnus
dominus et laudabilis nimis: terribilis
est super omnes deos Quoniam omnes dii gen
tium dimonia: dominus autem celos fecit
Confessio et pulchritudo in conspectu eius:
sanctimonia et magnificencia in sanctificacione
eius Afferte domino patrie gentium: affer
te domino gloriam et honorem: afferte do
mino gloriam nomini eius Tollite ho
stias et introite in atria eius: adorate do
minum in atrio sancto eius Commoueatur a
facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus
quia dominus regnauit Etenim firmauit
orbem terrarum qui non commouebitur: iudicabit
populos in equitate Letentur celi et exulte
tur terra: commoueatur mare et plenitudo eius: